

## DISP. XXI.

## DE VI MAJORE ET BELLICA.

*Respondente*JOHANNE GEORGIO à PONNICKAW,  
Silesio.

## THESSIS I.

**C**onversiones & eversiones ab externo quæ  
obveniunt, reliquæ nobis sunt, quarum  
vim *a* majorem, et si solus naturæ Opt. Max.  
Imperator sistere possit, est tamen industriae &  
diligentiae civili, quantum opis humanæ est,  
vigilandum, ne *b* caritati annonæ, ne con-  
tagiosis morbis *c*, ne incendiis *d*, ne inunda-  
tionibus *e* manus porrigatur. Hostium verò  
vis *f* legitima reipubl. *g* vi repellatur.

a) cui etiam optimè constituta respubl. fataliꝝ; rerum  
omnium vicissitudini obnoxia, *Plat. de rep.* quem ob id injustè  
reprehendit discipulus, *s. polit. c. 12.* sententiam divinam præce-  
ptoris malè aliorum torquens : Respubl. enim non aliter  
quam ipsi homines, quod de peculio dixit Marcianus, *l. 40. ff. de  
pecul.* nascitur, crescit, decrescit, moritur, *Hipp. princ. c. ult.* Reme-  
dia verò contra vim majorem exemplum ostendit Ninivita-  
rum, *Ion. 3.*

b) cui remedio pœnae adversus Dardanarios, *l. 6. ff. de ext.*